Fragmentarium

ingredi et communicare debet a domino canonicam sperare uir-
tutem. Rotundum autem erat in circuitu. ut omnibus uniuersis per gy-
ro late orbis tantum a sorde peccatorum designaretur esse
k' mundandos. De quo bene subditur: Quinque cubitorum alti-
tudo eius. Quinquimembrium quicquid uisu quicquid auditu
quicquid olfactu quicquid gustu quicquid tactu delinquimus
totum hoc nobis gratia per ablutionem uiuifici fontis relaxatur.
Sed non sola fit per lauacrum remissio peccatorum. Sed non
quique homines deinceps bene uiuere studeant operibus. Alioquin di-
cebitur quod scriptum est de homine si hunc ab homine uacare accidit
uidente multiplicatur esse fiatque nouissima hominis illius
k' peiora prioribus. Unde apte subditur: Et resticula xxx
cubitorum cingebat illud per circuitum. Per resticulam autem
numerique disciplinam praeceptorum caelestium qua commu-
uoluptatibus religemur potest apte figurari. Scriptum est enim
dicitur quia funiculus triplex difficile rumpitur. Quia
nimirum obseruatio mandatorum dei quae in cordibus
electorum fide spe et dilectione supernae retributionis
firmata est. nullo temptationum tamen potest ab his saeculo
dissolui. Et resticula mare cingebat cum sacramentum bibitur
in quod accepimus per communium operibus studemus.
Quae nimirum resticula apte xxx dicitur cubitorum quin
que et ternis senarii xxx faciunt. Senario autem numero in quo
dominus hominem perfecit cum non esset et compertum perfecit
te bonae operationis consummatione significatur. Et per quinque
multiplicantur ut et xxx perueniatur. Cum omnis nostra con-

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 87-88 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 107-108.132-158, ParisBNFBaluze270_296_f140v – Bede, <i>De templo Salomonis</i>, annotated by Florus of Lyons (https://fragmentarium.ms/view/page/F-v2mv/426/6248)